

damentis ædificavi jure materno, quæ vocatur Domus presbyteralis in regione, quæ dicitur ad Nymphæos juxta Ecclesiam S. Agnetis Martyris, & ab alia parte numero Bando primo non longè à Milliario aureo. Tandiu (1), exercitus Theuderici fame (2) perdomuit, quamdiu coria, vel alia immunda, & horrida urgebantur comedere, & multa corpora, quæ servata sunt à gladio, fames peremit. Et factus est terræmotus magnus valdè gallorum cantu septimo Kal. Januarii. Et dedit Odoacer Theuderico filium obsidem quinto Kal., & post quatuor menses est civitate Classe ingressus. Post hæc autem Vir Beatissimus Johannes Archiepiscopus aperuit Portas Civitatis, quas Odoacer clauserat, & exiit foras cum Crucibus, & thurribulis, & Sanctis Evangelii pacem petens cum Sacerdotibus, & Clericis pfallendo in terram prostratus. Obtinuit, quæ petebat. Invitat novum Regem de Oriente venientem, & pax illi (3) ab eo concessa est, non solum Ravennensis Crvis, (4) sed etiam omnibus Romanis, pro quibus Beatus postularit Johannes. Et subiit Ravennam tertio Nonas Martias. Post paucos dies occidit Odoacrem Rex in palatio in Lauro cum comitibus suis. Postquam jubente Theuderico interfectus est Odoacer, solus, & securus regnavit Romanorum more. Omnes adversarios devictos trigesimo Regni sui anno Ravennanum exercitum in Siciliam misit; depopulavit, & suis ditionibus mancipavit. Et ipsius temporibus à parte Aquilonis ab omnibus visum est Cælum ardere. Symmachus, & Boëtius Patricii, Theuderico jubente, carne propinqui. Civiles Romani cum securibus capitibus amputati sunt: & Johannes Papa Romanus post legationem de Oriente cum Ecclesio Episcopo Ravennæ jussu Regis Ravennam ductus ab Theuderico coartatus est, & tandiu detentus est quamdiu mortuus, & infra carcere publico in Arca marmorea sepultus est. Et suprascripti Patricii in alia Arca sepulti, (5) quæ permanet usque in præsentem diem. Theudericus autem post XXXIV. annos Regni sui cepit claudere Ecclesias. Dei, & coartare Christianos, subito ventris fluxum incurrens mortuus est, sepultusque est in Mausoleum, quod ipse ædificare jussit extra Portas Armetoris, quod usque hodie vocamus ad Farum, ubi est Monasterium S. Mariæ, quæ dicitur ad memoriam Regis Theuderici. Sed, ut mihi videtur esse, Sepulcro projectus est, & ipsa urna, ubi jacuit, ex lapide porphyretico valde mirabilis, ante ipsius Monasterii aditum posita est. Sed satis vagatus sum per diversa, ad nostra revertamur.

## CAPUT QUARTUM.

Privilegium supposititium Valentini pro Ecclesia Ravennati. Valentianus Ravennam ornat, & munit.

Multa Sanctitas fuit in prædicto Viro Johanne, & cum ad aures Valentini Tom. II.

- (1) Tandiuque. Mur.
- (2) famis. Mur.
- (3) illa. Mur.
- (4) Ravennensibus Civibus. Mur.
- (5) sepulti. Mur.
- (6) tempora. Mur.

(7) Hæc de Metropoli Ravennate per Valentianum Augustum constituta, & Pallio dato, agnosce Lector falsè ab Agnello schismatico homine scripta. Lege, quæ de hac re in Præfatione sunt dicta, quæ

A Imperatoris ejus fama devenisset, per multa opera (6) cupierat eum videre. Sed nihil nociva sunt, quæ superius explicare debui, ut non obmittamus, inferius notemus. Quomobrem Valentianus Serenissimus ex Patre Constantio Gallæ Placidie filius ad Sanctum Pontificem properavit Johannem, & excusso diademate capitis vocum metu, & reverentia salutavit, atque ab eo benedictione percepta hilari vultu recessit. (7) Non post multos dies idem Augustus sub consecratione B. Johannis Antistitis XIV. Civitates cum suis Ecclesiis largitus est Archieratica potestate, & usque in præsentem diem XIV. Civitates cum Episcopis sub Ravennæ Ecclesia redacta sunt. Una verò Episcopalis Cathedra Civitas destructa deest, cujus vocabulum Brintum dicitur, non longè à Bononiense Urbe. Iste primus ab Augusto pallium ex candida lana accepit, ut mos est Romanorum Pontifici super duplo idem induere, quo usus est ipse, & Successores sui usque in præsentem diem. Celsam etenim Valentianus illo in tempore Ravennam tenebat arcem, (8) Regalemque aulam struere jussit in loco, qui dicitur ad Laureta. Ideo Laureta dicitur, quia aliquando triumphalis victoria facta ibidem fuit. Antiquorum talis erat ritus, ut quicumque de inimicis, vel hostibus triumphabat, corona laurea ejus capiti cingebatur, unde apud Veteres Laudis nominabantur. Post verò sublatâ d literâ, additâ r, ipsa arbor laurus dicta est. Et in ipsâ Domo regia multo tempore Valentianus commoratus est, & hinc, atque inde ex utraque parte plateæ Civitatis magnæ (9) Mœnibus decoravit, & vectes ferreos infra viscera muri claudere jussit. Ideo tanta illi (10) solertia fuit, ut non solum pro ornato vectes ferreos apparerent, verum etiam, si aliquo quoquo tempore Gens aliqua contra hanc Civitatem dimicare voluisset, ut si non tanta arma, ut opus fuisset, inventa essent, ex ipsis vectibus sagittas, lanceasque, vel alios facerent gladios, aut pro aliqua utilitate, ut diximus, istius Mœniæ ferrum expenderent, qui etiam istius muri Civitatis multum adauxit. Cingebatur autem antea, quasi unum ex Oppidis, & quod prisca temporibus angustiosa erat, idem Augustus ingentem fecit, & jussit, ac decrevit, ut absque Roma Ravenna esset Caput Italiæ.

## CAPUT QUINTUM.

Ecclesia S. Crucis ædificata à Galla Placidia. Singleida alteram S. Zachariæ construit. De Galla Placidia alia.

Interea cum illo tempore mater Valentini Augusti Galla Placidia Ecclesiam S. Crucis Redentricis nostræ ædificaret, Nepta ipsius nomine Singleida (11) nocte quadam per visum ammonita; cui adstitit Vir in candidis vestimentis canitie capitis decoratus: pulcherrimæque barba, & dixit; in illo, & in illo loco

I 2 non

sufficere Agnello, & his qui Agnello credere, contutandis confido. Bacch.

(8) Domus in Ravenna nomine Laureta. Juxta domum hanc est via, sive regio, quæ vocatur Laureta in qua passus est Beatus Eustachius, ut habes in Martyrolog. Rom. IV. Idus Osiobris. Bacch.

(9) magnis mœnibus. Mur.

(10) illius. Mur.

(11) Singleida. Mur.